

1508. in Aprili.

Ex Orig: arch. Regni.
263

Sigismundi regis concessio oppidi Sandecz
cum villis Elizabetha relicto Andree Kuni-
tha de Wisnicze ad vite eiusdem tempora

56
m

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus
dux Lithuanie, Russiae, Prussiaeque domi-
nus et heres &c. Significamus tenore pre-
sentium, quibus expedit universis, quia cum
superioribus annis magnificus olim Petrus
Kunitha de Wisnicze palatinus Cracoviensis
a serenissimo fratre nostro dno memo-
ria domino Johanne Alberto rege et au-
tecessore nostro septem millia florenorum
partim in auro, partim in moneta in et
super oppido nostro nova Sandecz cum
villis ad ipsam pertinentibus habuisset
adscripta quorum quidem septem millium
florenorum, cum ipse Petrus Kunitha mo-
viam partem videlicet duo millia testa-
mento nobis remisisset, reliqua vero par-
tis quinque videlicet millium partem
fratri suo magnifico Stanislao Kunitha
de eadem Wisnicze palatino Russiae cu-
generoso Petro filio generosi Andree

Andre Kmitha de predicta Wisnicze ne-
pote suo tanquam pro una sorte in simul
duo millia, et magnifico Elizabeth de Duo-
sycze uxori suo tria millia in predicto
oppido Sandez adscripsisset. Quia tamen
ipsa Elizabeth permota in nos singulari
devotione et benevolentia, novam voluit
nobiscum de predicta donatione sua fa-
cere ordinationem, de qua ita cum supradi-
cto palatino Russiae mariti sui fratre,
et Petro eorum nepote inter se conven-
runt, abrogata prius penitus priore obliga-
tione, quod ipsa Elizabeth remisit nobis
de summa sua triam millium floren-
rum unum mille. Jamque restant eis
tria millia florenorum Hungaricorum
in auro, et unum mille in moneta trigu-
ta grossos pro quolibet floreno computan-
do, per nos solvenda. Nos vero gratam
habentes tam propensam eiusdem Eliza-
beth erga nos voluntatem, ascripsimus ei
et tenore presentium literarum ascribi-
mus oppidum predictum Sandez cum
villis ad ipsum pertinentibus, ut ipso cum

ut ipso cum omni iure dominio, et propri-
 etate nihil excipiendo, liberè utatur inte-
 rim donec vivet. Quam quidem Elizabeth
 in possessione et usu oppidi predicti san-
 decæ et villarum ad ipsum pertinentium
 ita conservare promittimus, quod ipsum
 oppidum de manibus eius nemini redime-
 re consentiamus, neque ipsi eam ante
 mortem eius redimeras. Post mortem ve-
 rò eiusdem Elizabeth, solutis per nos vel
 nostros posteros reges eius posteris legiti-
 mis duobus millibus florenorum Hunga-
 ricalium in auro, et item Stanislaus pa-
 latino Russiæ pariter cum ipsius ne-
 pote Petro reliquis duobus millibus
 uno in auro, et altero in moneta vel eor-
 posteris, possessio tandem oppidi predicti
 et villarum ad ipsum pertinentium
 ad nos et nostros posteros pleno iure
 devolvetur iuribus nostris regalibus seu,
 per salvo. Insuper promittimus, quod
 postquam conventum generale aliquo
 in loco regni cum consiliariis nostris te-
 nebimus, si ipsa Elizabeth petet à nobis

150
has literas innovabimus, atque sub data
illius conventus generalis, cum omni re,
qui consiliariorum testimonio eas dari
mandabimus. Harum, quibus sigillum vo-
strum presentibus est appensum. Datum
Cacovie Sabbatho ante dominicam Ista-
re, anno Domini millesimo quingente-
simo octavo regni nostri anno secundo.

Johannes de Lasko R.P. Cancell.

Annō Domini millesimo quingentesimo duo-
decimo actum Cacovie decima octava Julii,
dominis confratribus tam spiritualibus quā
secularibus censis duo millia florenorum
unum videlicet in auro et aliud mille in
moneta generosa Petro et Stanislaw, et
alteri Petro filio Andree. Quibus ad ra-
tionem debiti suprascripti maiestas regia
persolvit, de quibus duobus millibus pro-
fati maiestatem regiam quietant.

Mathias D. R. et Cancell.

Pa kopia wypisana z oryginalu pergaminu.

wego 1705. D. 6. Maji, który jest annu-
lowany i pierzege od niego odnowana.